ELOGIA POSTHUMA,

MERITISSIMIS HONORIBUS

VIRI, dum viveret,

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI EXPERIENTISSIMIQVE,

DOMINI

BENIAMIN Herdens/

Philos. & Medic. Doctoris, ut & Practici

in Thoruniensi Civitate longe celeberrimi,

felicissimiqve,

a. d. XV. Januarii, Anno Christi M.DCCV.

qvo qvidem die Exuviæ Ejusdem Terræ Matri reddebantur,

Sostri loco destinata

a

GYMNASII THORUNIENSIS

RECTORE ET PROFESSORIBUS.

THORUNII,

EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII.

)(x)(

Trauret/ Ihr Edlen Curieusen/ die Ihr dis Blat zu lesen bekomt.
Einer von Euren wehrten Gesellschafftern
hat die Weltliche mit der Himmlischen Gesellschafft verwechselt.
So ists!

Tit.) Herr Benjamin Herden / Phil. & Med. Doctor,

hatte auf seinen Reisen in Schweden/ Dänemarck/ Holland/ Spanien und Welschland
wahrgenommen/
daß ein galant homo das rechte Auge zwar auf die Profession,
das lincke aber auch auf die Natur wenden solle.
Nicht vergnüget/
anderwerts auf dem Wallfisch-Fange/ in Spitälern und Lazarethen gesehen zu haben/
was und wie man halb-todte Leute wiederumb glücklich curiren möge;
Hub Er in der Zeit an/ sich dergleichen Sachen beyzulegen/
wovon man auch hernach etwan einen curieusen Discurs führen könne.
Was demnach in Schweden Herr Keder von Müntzen/
In Dänemarck Hr. Jacobæus von Mineralien/
In Holland Herr Schwemmerdam von Muscheln/
In Spanien Hr. Ramirez von Antiqvitäten/
In Welschland Herr Ferrarius von ausländischen Gewächsen/
eingetragen/
das gab Ihme einen Schmack/ derogleichen in seinem Cabinet gleichfalls einzusamlen.
Der Spötter Urtheil/
welche solch Wesen gemeiniglich mehr vor eine Krämerey/ als Curiösität/ halten/
konte Ihme hierinnen gar nicht verhinderlich fallen.
Ein Sohn Hygiens seyn/
uud gleichwol die raresten Simplicia aus allen drey Reichen
nicht kennen/ nicht erforschen/ nicht besitzen wollen/
das hielt Er vor eine Speise/ darinnen der Pfeffer fehlet.
Sehet aber! ach sehet!
Ehedann der gute Herr solch curieuses Werck zur Vollkommenheit gebracht/
muste Er mitten im besten Lauff gantz stille stehen.
Es war numehr an dem/ daß Er/
wie ehmahls die Medicinalischen Kräffte/ also vorjetzo den Moralischen Nutzen/
hieraus muthmassen solte.
Ich bin selber Zeuge/
daß Er aus solchen Edlen Geschöpffen den noch viel Edlern Schöpffer
(bevorab in seinem wolangelegten Lust-Garten)
vielmahl wolbedächtig erkannt/ gottseelig gerühmet und danckbarlich beehret habe.
Nemlich auch die sprachlosen Dinge zeugen von seiner Allmacht und Weißheit.
Wer über dieselben Geistl. Reflexiones machen wil/
der findet überall/ wodurch Er GOTT ehren/ und sich erbauen möge.
Leider aber! kaum hatte Er hierinnen einen erwünschten Anfang gemacht/
so fand Er schon im Anfange das Ende.
Was Er manchmahl an den Blumen vermercket/ das muste Er nun an sich selbst erfahren/
nemlich/ daß Er sterblich sey.
Betrauret derowegen Euren Verlust/ Ihr Edlen Curieusen/
doch wünschet Ihme auch zu seiner besseren Gesellschafft Glück über Glück.
Ohne Zweiffel ist es/ Er habe seine Seele/ als das allerschätzbarste Kleinod/
zu des gnädigen GOTTES Himmels-Cabinet empfohlen.
Wenn die Passions-Blume im Garten nicht mehr anstehen wil/
alsdann pfleget man die Biblische hervor zu suchen.
Sein hertzliches Begehren war ja/
Man solle zuvor die krancke Seele/ hernach den krancken Leib curiren.
Ohne Zweiffel sitzet Er nun auch in der Gesellschafft der Außerwehlten im Himmel.
Wer hier mit Ihnen auf CHRISTI Verdienst stirbet/ der kan auch dort mit Ihnen in
CHRISTI Vaterland leben.
So lebe demnach ewig wol/ Gottgeheiligte Seele/
und/ wie Du hier in Weltlichen Raritäten wol angefangen hast/
also fahre dorten fort/ auch aus den Himlischen Schätzen GOTTES Eigenschafften zu erforschen.

* * *

Dis wolte zu letzten wolverdienten Ehren aufsetzen

M. George Wende.

Cum

CUm morbos nostrâ Medicus curasset in urbe,
Inscripsit foribus talia verba suis *:
Tres Medicus facies habet, unam, qvando rogatur
Angelicam, mox est, cum juvat, ipse DEUS.
Ast ubi curato poscit sua munera morbo,
Horridus apparet terribilisqvè Sathan.
Hæc an cum vero possint consistere verba,
Censuræ nolo sumere sceptra mihi.
Qvi Medica prompti & celebres versantur in arte,
Hac de re melius promere sensa qveunt.
Attamen hoc verum, Medicum tribus esse politum
Virtutum gemmis, dotibus atqvè tribus.
Una DEO sacra est, pietasqvè fidesqvè vocatur,
Qva sibi cœlestem pandit ad astra viam.
Altera Naturæ rerumqvè arcana fatigat,
Atqve Machaoniâ rite superbit ope.
Tertia subsidio est ægris, & vulnera curat,
Vulneribus justam fert Medicina manum.
His tribus ornatus qvondam Virtutibus HERDEN
Claruit in nostro terqvè qvaterqvè solo.
Jam fruitur Cœlo, vivit tranqvillus ibidem
Terrenis liber sordibus atqvè malis.
Ipsius Angelici stipant pia terga Ministri,
Consortes magni Numinis inter ovat.
Nos mala belligeri patimur ludibria mundi,
In Cœlis Ipsum vita beata tenet.

Honori & memoriæ laudabili B. Medici
scripsit

M. MARTINUS Böhm.

* Ita refert B. Georgius Gilbertus, Ecclesiastes qvondam Grudentinus, in Libello typis Rheticis An. 1617. Gedani edito, cui titulus: St. Georgens Reise-Büchlein. &c.

Medici Nostri Encomium.

Si qvis forte bonus fidum qvæsivit amicum,
Qvi Medicus Mentis sit simul, iste fuit.
Optavit si qvis pellendis febribus hostem,
Nullus morborum hoc acrior hostis erat.
Si qvis pauperibus scivit succurrere pressis,
Hic scivit pariter, sic documenta docent.
Si qvis Candorem voluit, Candoris Imago,
Hic Medicus Noster non simulata fuit.
Istæ Virtutes Medico moriuntur in isto,
Qvas hausit cari pectore, mente, Patris
Johannis, summe coluit qvem Bresla, Thoruna
Qvem genuit, celebrat Pannonis Ora Virum.

Hun-

Hungarici Ara fuit, dum vixerat, exulis ille,
Id monumenta docent, id pia lingva docet.
Jungatur Patri Natus, cum Patre triumphat!
Præmia ſuſcipiat maxima ſede DEI!

Plura, adjutus Viri Experientiſsimi ope, debui, ſed aliis impeditus, præſtare non potui

JOHANNES REZIK,
Prof. Publ. & Viſit.

CUrritur ad Medicos celeri pede nocte dieqve,
Qvando premit morbus corpora noſtra gravis.
Expetitur Chymicus, mox ut Galenicus adſit,
Chirurgus nec non optimus addat opem.
Conſilium Medicos inter ſolerter habetur:
Qvando ſatis morbi cauſaqve visqve patet,
Miſcetur pulvis medicus potusqve paratur,
Vivere qvem cupiens accipit atqve bibit.
Non tamen in Medico eſt omnis relevetur ut æger:
Qvando neceſſe mori, pharmaca nulla valent.
Nil pulvis Chymicus potusqve juvat morituros.
Id docet exemplo Doctor abunde ſuo.
Non caruit curâ Medicorum HERDENIUS ullâ,
Et medicè vixit; mortuus Ille tamen.
Qui fuerat multis ſperatæ cauſa ſalutis,
Non potuit vitæ pellere damna ſuæ.
Qvem curata dolent amiſſum corpora in Urbe,
Qvem multi ſimul ex Nobilitate dolent.
Diſcite mortales hinc qvid Medicis tribuendum
Ulterius ſi non vivere in orbe licet.
Suſpicite Omnipotentis opus, qvi convaluiſtis,
Sint Medici Vobis organa docta DEI.

L. ſct.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
P.P. & Viſit.

